Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Qm tribulatio prima e et no est qui adiuuet. ℣ Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me ad defensionem meam conspice. Qm tridno. Lectio sexta

Tu ergo accinge lumbos tuos et surge et loquere ad eos omnia q ego p̄cipio tibi. Ne formides a facie eorum nec enim timere te faciam in uultum eorum. Ego quippe dedi te hodie ciuitatem munitam et columnam ferream et murum eneum super omnem terram regibus iuda. principibus ~~iuda~~ et sacerdotibus et omni plebi terre et bellabunt ad uos et non p̄ualebunt q ego tecum sum ait dnus ut liberem te. ℟ Ne perdas cum impiis deus animam meam et cum uiris sanguinum uitam meam. Redime me domine. ℣ Ne tradideris me in animas tribulantium me qm insurexerunt in me testes iniq Et factum est uerbum domini ad me. Lectio viij. Ne timeas me dicens. Vade et clama in auribus ierusalem dicens. hec dicit dominus. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam et caritatem dispensationis tue. qui secuta es me in deserto. in terra q no seminatur. Sanctificatus israel domino primitie frugum eius omnes qui deuorant eum delinquent ~~eum~~ mala uenient super eos dicit dominus. ℟ Deus meus eripe me de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui. Qm tu es patientia mea. ℣ Ne elongeris a me de malis auxilium meum respice. Qm. Lectio viij.

Audite uerbum dni domus iacob. et omnes cognationes domus israel hec dicit dominus. Quid inuenerunt patres uri in me iniquitatis. q elongauerunt a me et ambulauerunt post uanitatem et uani fuerunt et non dixerunt ubi est deus qui ascendere nos fecit de terra egypti. qui transduxit nos per desertum per terram